

allegata, videlicet, quod consilium sequi nemo tenetur: cum adhuc ratione fraudis teneatur c. Sedes. 15. & c. Ex tenore. 16. de Rescriptis. ibi: quia fraus & dolus alicui parocinari non debent.

6 Notandum tamen singulariter cum Glossa, Dyno, & Strein. hic, malè consulente non tenet tenei damnum reparare illi, cui consilium dedit, sed subinde etiam tertio, cui damnum suo consilio intulit; Et quidem si consilium circa contractum, vel quasi contractum, v. g. emptionem, venditionem, aut alium contractum dolosè, seu fraudulenter dedit, damnum, quod inde securum est, illi, cui consilium dolosum dedit, reparare tenetur, per jura hactenus citata. Si verò consilium ad maleficia, seu delictum, vel quasi tale dedit, v. g. ad perpetrandum homicidium, furtum, diffamandum, injuriandum, falsè accusandum, testificandum &c. damnum inde secutum tertio huic reparare debet: idque non ex actione doli mali, sed actione maleficia, aut delicti, quod fuerit, v. g. si furtum fuerit, actione furti tenetur. l. Si quis. 52. §. 21 ff. de Furtis. & l. Si quis 20. c. eod. Si injuriam fuerit, actione injuriarum. §. Non solum. 11. l. Ibi. de Injuriis. ibi: Non solum autem is, injuriam tenetur, qui fecit injuriam, verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit injuriam, vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur. Quod idem sententiam habetur l. Non solum. 11. pr. ff. eod. ibi: Non solum is injuriam tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit, verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel curavit, ut cui mala pugno percuteretur. Si adulterium fuerit, tenetur lege Julia de adulterio. l. Hec verba legis. 12. ff. ad leg. Juliam. de adulter. coercend. ibi: Hec

verba legis, ne quis posthac stuprum, adulterium facito sciens dolo malo, & ad tum, qui suavit, & ad eum, qui stuprum intulit, pervenit & sic de aliis delictis.

Et verò, cui delictum fuerit, ad nil obligatur, etiam si & ille eadem actione tenetur per jura immediate citata, indeque damnum sentiat. Ratio est, Tum; quia delictum committens ipsemet fecit, & expendere debebat, id sibi non licere. Tum, quia nemo de improbitate sua consequatur actionem. l. Haque. 12. §. 1. ff. de Furtis.

Queritur II. An etiam, & quas sententias habeat hæc Regula? Resp. Eam fallere in Assessoribus, Advocatis, Medicis, & aliis, qui ex officio consilium dare debent; Hi enim, etsi non ex dolo, vel fraude, sed ex imperitia consilium alteri nocivum etiam bona fide præbeant, ad rescissionem damni inde secuti obligantur. l. 2. ff. Quod quisque jura in alt. ibi: Si assessoris imprudenti jus aliter dictum sit, quam oportuerit, non debet hoc Magistratus officere, l. Si si assessor. & l. Illicitas. 16. §. 7. ff. de Officio Præsid. ibi: Si vi Medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: præterea humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo hominis innocuum esse non debet. Ratio est; quia hoc ipso, quod ex officio consilia præbeant, ex quasi contractu obligati existunt, necessarium ad id habere, & comparare scientiam; sine qua filio hujusmodi funguntur, & ex imperitia consilium damnosum subministrant, culpam latam committunt: Culpam latam in jure equiparatur dolo l. 1. §. 1. ff. Si Major saluum modum dixerit, ibi: lata culpa planè dolo comparabitur.

REGULA LXIII.

Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Regula quomodo intelligenda?
- 3 Exceptio quid? non infirmat confessionem. Ibid.
- 4 Declaratur exemplo juris.
- 5 Ponitur verus sensus Regulae.
- 6 Si reus factum, in quo actor suam intentionem fundat, fateatur quidem, sed excipit, onus probandi incumbit Reo.
- 7 Si reus securè confidit, quod Actor factum, in quo suam injustam intentionem fundat, satis probare non valeat, factum illud, etsi realiter contigerit, absolutè negare licet, & expedit.
- 8 Et quare? Ponitur doctrina multum practica.
- 9 Si reus dubitet, an actor factum probare possit: illud tamen negare expedit, & exceptionem sub conditione apponere: dato, non concessio, si esset factum.
- 10 Nunquam expedit, nudam & simplicem exceptionem facere.

1 Desumitur hæc Regula ex l. Non utique q. ff. de Except. ibi: Non utique existimatur confiteri de intentione adversarii, cum quo agitur, qui exceptionem utitur. Cui concordat c. Cum Venerabilis. 6. de Except. ibi: Exceptionem objiciens de intentione partis adversæ non intelligitur fuisse confessus.

2 Queritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. Eam sic esse intelligendam, quia quis ab alio aliquid petit, vel præterdit, & hic quidem expressè non negat, nec expressè confitetur factum, in quo intentio actoris, seu petentis fundatur, sed tamen excipit, seu ponit

exceptionem aliquam contra hujusmodi petitionem, non censetur confiteri intentionem adversarii sui, id est, petentis aliquid ab eo; v. g. Aliquis in judicio accusat quemdam dicens: ego dedi huic mutuum pecuniam mille florenorum, quos necdum solvit; ego peto, ut solvat: vel vendidi illi domum meam, & ille nondum solvit; peto ergo, ut compellatur ad solvendum: alter verò expressè non negat quidem mille florenos sibi mutuo datos, vel domum sibi esse venditam, neque id expressè fateatur, excipit tamen dicendo: jam pridem solvi; vel, adest pactum de non solvendo: vel, remisisti mihi debitum; hic non censetur fateri intentionem adversarii petentis. Ratio est, quia exceptio est actionis & intentionis exclusio, quæ reus, seu ille, à quo aliquid petitur, id, quod petitur, v. g. solutionem debitam, intendit improbare, & tacite saltem negare. arg. l. 2. ff. de Except. ibi: Exceptio dicta est, quasi quedam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve, deductum est. Ergo per eandem exceptionem fateri non censetur intentionem sui adversarii: Tum, quia hoc est contra essentiam, & intrinsecam naturam exceptionis juxta primum dicta: Tum quia, si excipiens fateri censetur, exceptio duos sibi contrarios effectus habere, confessionem videlicet, & negationem intentionis, quam adversarius præterdit; quod inconveniens est arg. l. Non omnis. 19. ff. de Reb. creditis. & l. Legat. 19. ff. de Legat. I.

Exemplum juris habetur c. cum Venerabilis. 6. de Except. ubi orta inter Episcopum Sabinensem, & Monasterium Farfense, lite agente, & præterdente Episcopo. Ecclesiam S. Viti cum spiritualibus & temporalibus possessionibus & pertinentiis ad se pertinere quam

quam intentionem suam antequam fuffi ienter fundaret Episcopus. Procurator Monasterii præproperè excipiendo respondit: Ecclesiam, etsi olim ad Episcopum pertinuisse, de facto tamen ad Monasterium pertinere ex causa permutationis. Quò auditò Episcopus suam intentionem sufficienter fundatam dicebat; quia (ajebat) si Monasterium causâ permutationis Ecclesiam obtinuit, ergo antecederet ipsa ad Episcopum pertinere. Quò non obstante Papæ dedit, Episcopum intentionem suam minime fundasse allegando Regulam nostram, ibi: Quia exceptionem objiciens de intentione partis adversæ non int. lligitur confessus. Hinc Resp. II. Verus Regula: sensus sequens est: Quando adversarii intentionem non censetur fateri, nec huic, sed actori adversario incumbit onus probandi, dummodo factum, in quo intentio actoris fundatur, absolutè non fateatur. Per jura, & rationem allegata.

Dicitur autem notanter: dummodo factum, in quo intentio actoris fundatur, absolutè non fateatur, quia si Reus fateatur, tunc actor suam intentionem jam satis fundatè intantum censetur, ut releverat onere probandi, & Reo incumbat onus probandi suam exceptionem, v. g. Si Cajus quos ut mihi solvat, peto: vel, Titius meum patrem occidit; ergo peto la isfactionem; Titius verò respondeat: fateor quidem, Cajum mihi mutuos dedisse 1000. florenos; sed nihil amplius ei debeo, quia pridem jam solvi vel quia mihi hoc debitum jam dudum condonavit. Vel, Verum quidem est, quod Cajus mihi vendiderit domum, sed pretium non amplius debeo; quia locò hujus ipsi volente & instante, Cajo dedi aliud bonum immobile. Vel, verum est, quod occiderim patrem ipsum, sed ob necessarium mei defensionem. Per hujusmodi confessionem facti, in quo intentio Caji actoris fundatur, Cajus, ut dictum, ab onere probationis relevatur, & Titius ed gravatur, ac suam exceptionem probare debet; cum tali exceptione fiat Actor. l. 1. ff. de Except. ibi: Agere etiam is videtur, qui exceptionem utitur, Nam reus in exceptione Actor est. Et de ista numeri hujus doctrina a patris diximus, eamque probavimus Lib. II. Tit. 25. §. 3. à n. 91. ulteriori argumentò l. Si quidem. 9. c. de Exception. ibi: Si verò de hac confitendo exceptione te munim asserebas, de hac tantum agi convenit.

6 Hinc Doctores communiter cum Glossa hic benè moment, cautè esse procedendum cum exceptionibus, & in praxi observandas cautelas cit. l. Si quidem. Et quidem primò, si reus certus est, vel indubitatè confidit, factorem non posse illud v. g. factum, in quo petitionem, & intentionem fundat, sufficienter probare, non excipere, sed absolutè negare debet factum tale, si (ut benè monet Glossa) ceteroquin securus est in conscientia: v. g. Si quis iniquè à te petat solutionem dati mutui, quod revera fideliter jam solvisti; & bene scis, quod mutuum tibi aliquando datum probare non valeat, proferas nullam exceptionem opponere, sed absolutè negare debes, quòd mutuum tibi dederit, intelligendo mutuum necdum solutum; quia tunc Actor probare debet mutuum datum: qui si in probando deficiat, tu liber ab alio onere probandi absolveris; nam actor non probante reus absolvendus est. c. Cum in Ecclesia. 3. de Caus. p. sess. & proprias. juncta l. Qui accusare. c. de Eadem.

7 Et hæc Doctrina benè notanda, quia sæpissimè, & optinè levit, quando actores duplicem solutionem, vel alius injusta iniquè petunt. Nec committitur in negatione hujusmodi facti, in quo iniquus actor suam injustam intentionem iniquè, & dolosè fundat, ali-quod mendacium, sed simplex & nuda profertur ve-

ritas; dum enim v. g. Actor iniquè petit solutionem mutui jam soluti, dicit mutuum à se datum sibi nondum esse solutum, & consequenter petit solutionem mutui nondum soluti: cum autem mutuum tale nondum solutum Reus non habeat, cum omni veritate negare, & dicere potest, se mutuum ab actore nonquam accepisse; in eo videlicet sensu, quo Juxed interrogat, & actor iniquè petit, mutuum nempe nondum solutum. Et quoniam sic negando absque on ni amphibologia, aut restrictione mentali puram dicit veritatem in casu necessitatis etiam juramenti purgatorio, si offeritur, negationem suam firmare, sicque officere valet, ne ipse injusta patiatur, & ne iniquus actor ex sua malitia, fraude, & dolo commodum reportet contra c. Sedes. 15. & c. Ex tenore. 16. de Reser. pr. ibi: Fraus & dolus alicui parocinari non debent. Quod idem dic de malitia, quæ utpote lata culpa, dolo æquiparatur per dicta supra. Et conducit hæc doctrina tunc vel maxime, quando innocens Reus exceptionem suam, quam veram & justam habet, non potest probare: uti sæpe contingit.

Secunda cautela, per cit. l. Si quidem. infirmata, est: quod si Reus dubitet, an Actor factum, in quo intentionem suam fundat, probare valeat nec ne, offit utrumque cumulare, nempe negare factum, & sub conditione, si probetur, apponere exceptionem, dicendo v. g. nego, datum mihi fuisse mutuum: & si, datò non concessio, datum esset, aut quamvis probaretur, datum fuisse, tamen nulla obligatio amplius solvendi existeret; quia jam solutum est, vel quia adest pactum de non solvendo. Quem modum ut tutorem suadet Glossa, eamque approbant Dynus, Strein, & Canisius hic, dicentes: in tali conditionata confessione facti adhuc remanere onus probandi penes Actorem, edque non probante, reum absolvi debere. arg. cit. c. Cum Venerabilis. 6. de Except. ubi Procurator Monasterii hoc modo negandi factum, & in casu probationis future, exceptionem apponens lucratus est causam: quia Episcopus satis non probavit ibi Quid, etsi dicta Ecclesia dudum fuerit Ecclesie Sabinenis, subjuncta eam tamen non poterat Episcopus vendicare, quam ex permutationis causa Farfense Monasterium obtinuerat. Ex eo enim, quia Procurator Monasterii factum non absolutè confessus est, (alias enim Papa ipsum condemnasset) sed sub conditione, si forsan subsisteret, exceptionem appositus, Papa dixit, Episcopum intentionem suam minime fundavisse per resitum depositionem, vel procuratoris supra dicti responsionem; quia exceptionem objiciens de intentione partis adversæ, non intelligitur fuisse confessus. indeque pro Monasterio pronuntiat.

Ut proin nunquam consultum sit, exceptionem puram, vel nudam facere, v. g. petente Actore solutionem mutui puram simplicem exceptionem objicere, dicendo: non teneor, quia jam solvi, vel, quia adest pactum de non solvendo. Quamvis enim & hujusmodi nuda exceptio adhuc rejiciat onus probandi, mutuum v. g. datum esse, in actorem per dicta, & probata supra n. 4. Tamen quia non desunt Doctores, uti Dynus, Strein, Canisius, & alii dicentes: in tali casu onus probandi exceptionem suam illico incumbere Reo excipienti, idque ex illo fundamento, quòd is, qui fateatur, se jam solvisse, fateatur etiam saltem implicitè, se fuisse debitorem; cum, qui fateatur unum, per consequens fateri censetur, quod sequitur ex illo. c. Cum super. 23. de Offic. Delegat. Hinc merito pro praxi iudetur, ut nunquam exceptio pura & nuda fiat, sed vel factum absolutè negetur, si satis apparet, id ab Actore sufficienter probari non posse, per dicta n. 6. Vel si de hoc dubium existat, ponatur exceptio cum conditione, si factum, in quo intentio Actoris fundatur, sufficienter probetur, aut revera subsistat per dicta n. 9.



REGULA LXIV.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Juxta aliquos Regula intelligenda etiam de illis est, quæ contra legem duntaxat prohibentem fiunt.
- 3 Juxta commune verò solum de iis, quæ contra irritantem, vel præscriptentem formam actûs.
- 4 Quæ sententia & h. tenetur: a. firmatur exemplis Juris. ac n. seq.
- 6 Non servat formam substantialis actûs per legem, actus nullus est.
- 7 Ponitur verus sensus Regule.
- 8 Solvuntur jura contraria.
- 9 Quæ contra legem prohibentem fiunt, etsi valeant, tamen plerumque invalidari possunt.
- 10 Quid censendum in foro interno de effectu actuum jure invalidorum, remissivè.

**D**esumitur hæc Regula ex l. Non dubium. c. C. de Legibus. ibi: Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contra hunc, lege contrahere prohibente: quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres, quam novellas trahi, generaliter imperamus, ut leg. statuti. quod fieri non vult. tantum prohibuisse sufficiat; ceteraque quasi expressè ex legis licet voluntate colligere: hoc est, ut eas, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint factæ, non solum inutilis, sed pro infectis etiam habeantur; id est, leg. statuti fieri prohibentis tantum, non specialiter dixerit, inutile esse debere. quod factum est. Concordat can. Imperiali. 13. cau. 25. q. 2. ibi: Imperiali constitutione aperit sanctionem esse, ut ea, quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sunt.

**Q**uæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante Responsum Notandum, quod Regula hæc in paxi quidem frequentissima, tamen etiam difficillima sit, Doctoribus in ea explicanda, ob utriusque Juris contrarios textus, in diversis partibus abentibus, & in eo præcipuè hæsitantibus, utrum Regula non tantum in fit intelligenda de iis, quæ fiunt contra jus, seu leges, vel canones irritantes, sed etiam de iis, quæ fiunt contra jus, seu leges, vel canones simpliciter prohibentes, vel præcipientes aliquid. Abbas siquidem in c. Nulli. c. de Reb. Eccles. alienand. n. 7. & plures alii putant, eam etiam de iis, quæ simpliciter duntaxat prohibentur, vel præcipiuntur, intelligendam esse, indeque ea quoque vi Regule invalida, & pro infectis censeri debere, quæ contra legem nudè, ac simpliciter tantum prohibentem, vel præcipientem fiunt. Pro quibus fiant clari textus priorum. ex l. Non dubium. c. C. de Legibus. & can. Imperiali. ibidem allegati.

**E**contra communissima DD. sententia est, Regulam intelligendam esse solummodo de iis, quæ contra jus, seu leges, & canones irritantes: non item de iis, quæ contra simpliciter duntaxat prohibentes, vel præcipientes fiunt, nisi per has præscribatur forma actûs; quæ sententia principaliter fundatur in c. Ad Apostolicam. 16. de Regular. ibi: Multa fieri prohibentur, quæ, si facta fuerint, obtinent roborem firmitatem. & variis exemplis Juris infra a n. 4. & seqq. allegandis. Hæc notatè,

**R**esp. I. Regulam intelligendam esse juxta communissimam DD. sententiam præc. num. adductam, adeòque illa pro infectis haberi non debere, quæ contra legem, vel canonem, simpliciter duntaxat prohi-

bentem, vel præcipientem fiunt, nisi per hanc præscribatur substantialis forma actûs, quæ deficiente, actus utique etiam invalidus, & pro infecto habendus est; ut note carens formâ substantiali, seu essentiali. Fundamentum præcipientis responsionis est textus ex c. Ad Apostolicam. præc. num. allegatus, variæque Juris exempla. Sic enim licet matrimonium cum n. simplici voto castitatis iniè sit prohibitum, indeque illicitum, tamen contra hunc valet, & pro infecto habendum non est. c. un. de Voto. in 6. Sic pariter etiam Jure prohibitum, ac illicitum sit, contrahere matrimonium contra interdictum Ecclesie, tamen ita contractum validum existit c. 1. de Matrim. contra interdict. Eccles. Sic rursum, quamvis universaliter prohibitum habeatur cum impedimento impediens, v. g.stantibus sponsalibus de futuro cum una, cum altera matrimonio inire, ininitum tamen firmiter subsistit, c. 2. eod.

**S**ic ulterius, licet Episcopus alieno dicitur sine proprii Episcopi licentia ordinare graviter sit prohibitum, tamen ordinatio ab eisdem facta valet. arg. can. fin. cau. 9. q. 2. Pariformiter etiam Episcopi prohibitum sit alienas Ecclesias, vel Altaria consecrare, tamen facta ab illis consecratio est valida. can. Episcopus. 28. cau. 7. q. 1. Sic denique tacendo plura alia exempla, quamvis prohibitum & illicitum sit Sacerdotibus celebrare Missam, vel alia administrare Sacramenta in statu disgratiæ: nihilo minus celebratio Missæ & consecratio, sicut & alie administrationes Sacramentorum in tali statu factæ validæ sunt. Ex quibus, & aliis hujusmodi exemplis abundè patet, quod ea, quæ contra jus, seu leges, vel canones simpliciter prohibentes vel præcipientes fiunt, illicita quidem, & peccata inofensa, non tamen invalida existant, nec pro infectis haberi debeant: sicque Regula de iis intelligenda non veniat.

**D**icitur autem notanter in responsione nu. 4. data: nisi per hanc formam ad substantiam actûs perinens præscribitur; hæc enim ubi à lege præscribitur, & non servatur, actum pro infecto & invalido haberi debere, extra controversiam est. arg. c. Cùm dilecti. 22. de Rescrip. & c. Quia propter. 42. de Elec. cum Concordat. deficiente enim forma substantiali, & essentiali requisito rei alicujus, rem ipsam conuenere per se necesse est. Sic enim alienatio rerum Ecclesie contra præscriptam à Jure formam invalida est, & pro infecta habenda, juxta dicta Lib. III. Tu. 13. de Reb. Eccles. alien. vel non. §. 2. Sic Testamentum, non observatæ præscripta Juris formâ, nullum atque irritum, & pro infecto habetur per dicta, & probata Lib. III. Tu. 26. de Testam. Sic matrimonium contra præscriptam à Tridentino formam circa assentientiam Parochi, & duorum testium, non tantum illicitum, sed & invalidum, ac pro infecto habetur. Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. cap. 1. Sic electiones contra præscriptam substantialem Ecclesie formam celebratæ invalidæ sunt, & pro infectis habentur cit. c. Quia propter. 42. de Elec. & c. Hinc

**R**esp. II. Verus, & genuinus Regule sensus hic est: Quidquid agitur contra jus, id est, contra canonem, aut legem, quæ actus irritatur, vel nullus declaratur, aut illius forma substantialis præscribitur, invalidum est, & pro infecto habetur. per Jura, & rationem jam adducta.

**A**d Jura, quæ ab adversariis num. 1. allegantur, Respondetur, ea non obitare, tum, quia etiam non de lege

de lege irritante, tamen de lege formam præscribente bene intelligi possunt, exigente sic defacto vigente consuetudine, quæ est optima legum interpretis. c. Cùm dilectus. 8. de Consecr. & aliis textibus atque exemplis Juris contrariis n. 4. & 5. allegatis, quæ cum aliis Juribus pro possibili, concordare oportet. c. Cùm expediat. 29. de Elec. in 6. Tum, quia quamvis l. Non dubium. c. C. de Legibus, juxta tenorem, & rigorem intelligenda foret, per consuetudinem contrariam modò vigentem abrogata censetur, prout teste Herinx p. 2. disp. 5. de Legib. n. 34. plures contestantur auctores.

**I**llud tamen notandum, quod, licet ea, quæ contra legem, simpliciter duntaxat prohibentem, fiunt, invalida non sint, tamen plerumque à Judice

præsertim ad instantiam partis adversæ annullari valeant can. Vides fili. 10. dist. 10. ibi: quia quod contra leges accipitur, per leges dissolvi meretur; prout id ipsum in pluribus casibus præcipitur. Dicitur autem plerumque; cum etiam nonnulli putent, id universaliter fieri posse, hoc tamen verum non sit; quia certum est, quod matrimonium contra legem prohibentem illicitè, validè tamen contractum, annullari amplius nequeat; quod item dic de ordinatione, consecratione, & aliis n. 5. adductis.

Ceterum quid in foro interno censendum sit de effectu illorum, quæ ob legem irritantem nulla, & invalida sunt, vide dicta Lib. I. Tu. 2. de Constitut. §. 11. a n. 251.

REGULA LXV.

In pari delicto & causa potior est conditio possidentis.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Ponitur vera intelligentia: & sensus Regule.
- 3 Quare in pari delicto & causa, melior sit conditio possidentis. Ibid.
- 3 Data Judici ob injustam sententiam repeti non possunt.
- 4 Nec data meretrici ob usum corporis.
- 5 Repeti autem potest datum alicui, ne turpe quid committat.
- 6 Ponuntur exempla Juris, quod etiam in pari causa sine delicto, melior sit conditio possidentis.
- 7 Nec eximuntur ab hac Regula causæ pæ, vel aliæ aliis privilegiatæ.
- 8 Solvitur obiectio contra Regulam.
- 9 Fallit Regula 1. in Simonia reali.
- 10. 2. In lenocinio viri &c.

**P**rima pars hujus Regule, in pari delicto, delimitur ex l. Cùm par delictum. 154. ff. de R. J. ibi: Cùm par delictum est duorum, semper operatur petitor, & melior habetur possessor causa. Altera pars, videlicet in pari causa absque delicto delumpta habetur ex l. In pari. 128. ff. eod. In pari causa possessor potior haberi debet.

**Q**uæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. Regula intelligenda est in sequenti verò illius sensu: Quando duo in eadem causa rei sunt delicti, v. g. si unus ex delicto dat, & alter ex delicto accipit, melior est conditio possidentis, ita ut restituere amplius non teneatur: Item si duo parem causam absque delicto habent, pariter melior est conditio possidentis, adeoque à possessione dejecti non potest, donec adversarius legitime probet, se meliori gaudere jure. Ratio Regule quoad utranque partem est; quia in pari delicto, vel causa possessor duos habet titulos: unum dubium, eundemque, quem habet adversarius, videlicet, num rei proprietates ad se pertinet nec ne: alterum certum, & indubitatum, nempe possessionem; quod titulo quia adversarius caret, merito Jura magis favent possidenti, præsertim cum duo vincula plus ligent, quam unum. arg. c. 1. de Treuga & Pace. ac aliàs in judicio petitorio possessor personam rei agat; reus autem ordinariè gaudeat majori favore quam actor per dicta ad R. g. XI. de Reg. Jur. in 6. & l. Favorabiliores. 125. ff. de R. J. ibi: Favorabiliores Rei potius quam Actores habentur. ac insuper possessio magne semper considerationis sit, & inter alios etiam effectum pariat, qui refertur §. Reimendæ. 4. Insit. de Interdict. ibi: Commodatorem autem possidentis in eo est, quod etiam si ejus res non Reintendat Jus Can. Tom. VI.

fit, qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam causam cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorum judicari solet.

**E**xempla Juris pro prima parte sunt primò: Si quis Judici pecuniam, vel munera alia dat, ut ferat injustam sententiam, ab eo repetere datum amplius non potest, quia utriusque tam dantis, quam accipientis versatur turpitudine, & Jdex in possessione accepti, consequenter melioris conditionis est. arg. can. Non sanè. 15. cau. 14. q. 5. & l. 3. ff. de Condit. ob turp. caus. ibi: Ubi autem dantis & accipientis turpitudine versatur, non posse repeti, dicimus; veluti si pecunia detur; ut male judicetur.

**I**dem est, si ob suprium datum fit, ut dicitur l. 4. pr. ff. eod. & §. 3. ibid. quod meretrici datur, repeti non potest. Concordat. l. 2. C. eod. ibi: Cùm te propter turpem causam domum adversarie dedisti proficari, frustra eam tibi restitui desideras: cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur. Ex quibus legibus Doctores universaliter inferunt, ea, quæ ob turpem quamcumque causam dantur, & accipiuntur, repeti non amplius posse; cum ubi par est delictum utriusque, tam male dantis scilicet, quam male accipientis; hujus tanquam possessoris melior sit conditio.

**U**bi tamen cum Tacino hic, & aliis advertendum, quod, etsi datum & acceptum ob turpem causam, seu delictum repeti non amplius valeat: tamen id, quod quis dat, ne alter turpe quid, seu delictum committat, v. g. ne injustam sententiam ferat, ne furtum; ne homicidium, ne adulterium, ne prodicionem faciat, ab eo, qui accipit, iterum revocare valeat, adeoque in tali casu melior conditio possidentis non fit; cum non par in utroque, sed in uno duntaxat, volente nempe delinquere, & accipiente versetur delictum, textu claro l. 1. §. 2. ff. de Condit. ob turp. caus. ibi: Si turpis causa accipientis fuerit, etiam si res secuta sit, repeti potest. Exemplificatur hoc l. 2. ff. eod. illis verbis: Ut puta, dedi tibi, ne sacrilegium facias; ne furtum; ne hominem occidas: in qua specie Julianus scribit, si tibi delero, ne hominem occidas, conditio posse. Concordat l. Idem. 4. §. 2. ff. eod. ibi: Quoties autem solius accipientis turpitudine versatur, Cuius ait, repeti posse, veluti si tibi delero, ne mihi injuriam fa. tas.

**P**ro altera parte Regule, In pari causa, sine delicto, exempla Juris dantur plurima: veluti si duo eandem rem à duobus non dominis bona fide emunt, ille, cui res etiam tradita est, prævalet; quia in hac pari



pari causa potior est conditio possidentis. *l. Sive autem q. §. Si duobus. 4. ff. de Publiciana in rem actio.* Item, si duobus eadem res obligatur, & nescitur, cui prius: melior est conditio possidentis rem. *l. Si debitor. 10. ff. de Pignor.* Sic ulterius: si à Sede Apostolica, vel Legato ipsius uni, & ab Ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, qua collatio fuerit primò facta, erit potior conditio possidentis, sunt verba formalia c. Si à Sede. 31. de Præbend. & Dignit. in 6. Sic rursus, si in iudicio utrinque testes æquè idonei & pares sunt, in hac pari causa præferuntur, depositiones testium, qui possessore testantur. c. Ex literis. 3. §. Quod si. de Probation. ibi: Quod si ambarum parium testes sint æquè idonei, possessoris testes præferuntur. Et si ambo le possidere contendunt, prævalent, qui de antiquiori possessione deponunt. c. Licet causam. 9. ead. ubi summariò sic habet: si Actor & Reus in interdicto retinende possessionis probant, obinet is, qui antiquiorem possessionem probat &c. Ut proin semper in pari causa melior sit conditio possidentis, & specialiter attendatur ad possessionem; quod ipsum non ex minimis prærogativis est, quas assertor possessio, uti cum aliis bene observat. *Strein hic. n. 1.*

Porro procedit Regula etiam contra Ecclesiam, aliasque causas pias, & privilegiatas, (nisi sint de quatuor specialiter favorabilibus, videlicet testamento, libertate, conjugio, & dote: de quibus vid. *Lib. II. Tit. 12. à n. 46.*) ita ut, licet harum favor, etiam dum actores existunt, potior sit, quam Rei, tamen quando causa pia, vel alia privilegiata cum profano litigat, in pari causa potior sit conditio possidentis profani, cum magis semper attendatur ad titulum possessionis, quam qualitatem litigan-

tium: ut post Fulgostium *Consl. 138. dubio 1. & alios bene advertit Strein hic n. 2.* patetque inter alia etiam in casu, quò quis dubitat, an emiserit votum, nec ne? tunc enim, quia libertas in possessione existit, potior est conditio ipsius. *arg. c. Ex parte. 18. de Consi.*

Nec dicas: ex hac Regula foveri fures, prædones, & raptores, quamprimùm possidere incipiunt. Resp. enim, neque hæc Regula, nec alio iure horum possessionem defendi, sed quamprimùm de illis ut talibus confiterit, eos, non obstante possessione, ad restitutionem rerum ablatarum, unà cum fructibus, & ad resarcienda damna illata illicò compelli textu claro c. *Gravis. 11. de Restit. Spoliat. cum Concordant.*

Quæritur II. An, & quas Fallentias patiatur Regula LXV. ? Resp. Fallere 1. In Simonia reali; cum, etsi par sit delictum dantis & recipientis simoniacè, tamen qui munus taliter recipit, non obstante possessione, teneatur restituere. *arg. C. De hoc. 11. de Simon.* ubi etiam Reges, & Principes id, quòd simoniacè receperunt, restituere coguntur: cui autem restitui debeat, vid. *Lib. V. Tit. 3. à n. 295.*

Fallit 2. Quando uxor lenocinio viri adulteratur; hoc enim in casu, etsi par videatur delictum utriusque, tamen solutò per mortem uxoris matrimonii, vir dotem, quam possidet, non potest retinere, sed illis, quibus aliàs ab inestato, vel ex testamento competit, restituere debet. *l. Cum mulier. 47. ff. Solutò matrim.* ubi legislator etiam rationem suam legis apponit; ibi: *Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nil ex dote retinetur; cur enim improbet maritus mores, quos ipsemet aut ante corrupit, aut postea probavit.*

REGULA LXVI.

Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Ponitur versus sensus, & intelligentia Regule.
- 3 Loquitur duntaxat de casu, quo quis impeditur à tali, cuius interest conditionem non impleri.
- 4 Adducitur ratio Regule.
- 5 Firmatur exemplis Juris. & duob. seq.
- 8 Solvuntur objectiones Juris. & n. seq.

Defumitur hæc Regula ex *l. In Jure Civili. 161. ff. de Reg. Jur.* ibi: *In Jure Civili receptum est, quoties per eum, cuius interest, conditionem non impleri, fiat, quò minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset: quod ad libertatem, & legatas, & ad hæredum institutiones perducitur &c. Concordat *l. In executione. 85. §. fin. ff. de Verb. Oblig.* ibi: *Quicumque sub conditione obligatus curaverit, ne conditio existeret, nihilominus obligetur.**

Quæritur: Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. Regulam intelligendam esse juxta sensum sequentem, qui proprius illius est: *Quando in lege, contractu, testamento, vel alia dispositione aliquid in alicujus favorem ordinatur sub certa quadam conditione, & is, cui apponitur conditio, facit, quantum est in se, nihilque prætermittit eorum, quæ ad conditionem implendam spectant, & tamen implere non potest, eò quòd ab illo, cuius interest conditionem non impleri, impediatur, perinde haberi, & favore frui debet, ac si conditioem reipsa adimplet.* Dicitur notanter: *Quantum*

do aliquid in alicujus favorem ordinatur; quia Regula loquitur, & intelligenda est de illis dispositionibus, quæ in alicujus favorem sunt, apposita tamen conditione, ut patet ex verbis exemplificatoris Regule civilis n. 1. allegatas; ex qua desumpta fuit Regula canonica, ibi: *Quod ad libertatem legata, & ad hæredum institutiones pertinet &c.* quæ cuncta sunt favorabilia pro iis, qui libertatem, legata, vel hæreditatem consequuntur.

Dicitur etiam notanter: *ed quòd ab illo, cuius interest conditionem non impleri, impediatur;* Nam ut post *Dynam hic* bene advertunt *Vivianus & alii*, Regula per omnia declarari & intelligi debet juxta *Regulam 161. ff. de Reg. Jur. in 6.* allegatam, utpote ex qua canonicam desumptam diximus; ibi autem expressè habetur: *quoties per eum, cuius interest conditionem non impleri, fit, quò minus conditio impleatur: per quod etiam distinguitur hæc à Regula *XLI. Jur. in 6.* Impurari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum; ista siquidem est similis videatur præfenti, tamen ab illa differt in eo, quòd Regula *41.* loquitur de casu, quò quis impeditur per alicujus casus eventum, vel per tertium, cuius non interest rem fieri, vel non fieri: præfens verò propriè loquitur de casu, quò quis ab implenda conditione sibi imposita impeditur ab eo, cuius interest, conditionem non impleri, puta, quia conditione adimpleta aliquid amissurus est, aut præstare debet. *Dynam, & Vivian. lo. cit.* cui *Strein. hic. n. 1. & aliam* differentiam addit, videlicet,*

Regula LXVII. Quod alicui suo non licet nomine, &c. 107

videlicet, *Regulam *XLI.* duntaxat* velle, non debere illi imputari ad culpam, si non facit, quòd facere non potest: præfens verò Regulam non solum à culpa eximere illum, qui appositam conditionem non adimplet, dum impeditur, sed insuper velle, quòd conditio etiam habeatur pro adimpleta, si quis impeditur à tali, cuius interest conditioem non impleri: quòd non dicit Regula *XLI.* utpote vi cuius quidem excusatur quis à culpa, si non facit, quòd facere non potuit, nullam tamen præterea consequitur fructum & effectum, uti contingit, quando quis impeditur à conditionibus ad valorem & aliam Sacramentorum necessarius, ubi licet quis careat culpa, attamen nullum fructum & effectum habeat Sacramentorum: vi præfentis Regule autem non solum à culpa quis immunitus est, sed & eundem effectum habet, ac si conditionem reipsa adimplet. Res magis patebit per exempla Juris infra à n. 5. & seq. adducenda.

Interea ad factum Ratio Regule, videlicet, quòd i, quia nemo potest ad impossibile obligari, juxta *Reg. 6. de Reg. Jur. in 6.* leg. flatores, & aliarum dispositionum auctores non conceleant (saltem in ordine ad illos, quorum interest, non impleri conditionem, quam injustè impediunt) conditiones aliter apponere, quam, si eas implere possibile sit: nec velle favere illis, qui malitiosè impediunt, nec lucrò & favore designatò privare eos, qui nihil omiserunt eorum, quæ ad præscriptam conditionem adimplenda impediunt. In quo dicitur *Aurhores* divinam imitantur bonitatem, quæ etiam solam voluntatem, & possibilem, licet irritum coartum aequè remanentur, ac opus ipsum, uti constat de *Abraham Genes. 22.* qui ex eo, quòd i bonam voluntatem, & debitum conatum sacrificandi solum habuerit, idem meritum, eundemque effectum apud DEUM reportabit, ac si actu solum occidit lo sacrificasset. et si ab hoc per Angulum impeditus *arg. can. Si qualibet. 20. cau. 22. q. 2.*

Declaratur, & firmatur Regula amplius exemplis Juris: Sic enim, si quis instituit hæres sub hac conditione, ut decem det Titio, qui aliàs ab intestato succederet, & consequenter ejus interest, conditionem non impleri, & institutus hæres conditionem adimplere volens decem offerat Titio, nec autem ea non accipiat, conditio habeatur pro impleta, & institutus hæres hæreditate gaudet. *Dyn. hic n. 1. arg. l. Si ita hæres. 3. ff. de Condition. insti. ibi: Si ita hæres institutus sum; si decem dederò: & accipere noluit, eui dare jussus sum, pro impleta conditione habeatur.*

Sic pariter: si servo in Testamento legatur libertas conditione, si hæredi decem sestertia pendat, & servus ea hæredi offerat, hæres autem, cuius interest servò non privari illa non accipiet, perinde liber evadit, ac si accepisset hæres, & conditio fuisset impleta, quia per eum non stetit, quò minus

conditio adimpleretur. *l. fin. ff. de Condition. insti.*

Sic etiam: si quis cum altero contrahit, & promittit dare eidem decem, si ascenat in Capitolium, & per promissorem fiat, quò minus alter ascendant, utpote impeditus ab illo, conditio habeatur pro impleta, & decem debentur. *Dyn. hic n. 1. l. In Jure. 161. ff. de Reg. Jur. ibi: quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quò minus stipulator conditioni pareret.*

Obijcies 1. *Cum quidem 7. C. de Condition. insti.* ubi expressè habetur, quòd i, si servo legatur libertas sub hac conditione, ut tot vel tot solvat hæredi, servus evadat liber, si conditionem impleretur ad hæredem properavit, sed in medio latronum, & hostium incursione, vel alio fortuito casu preceptum est, quòd portabat, qui subiungitur: *ex quacunque igitur causa impeditur, sive per hæredem, sive per eum, cui dare aliquid jussus est; sive per fortuitum casum, in libertatem perveniat.* Ergo Regula non tantum est intelligenda de casibus, in quibus conditionem adimplere volens impeditur ab eo, cuius interest conditionem non impleri; sed etiam, si ex alia quacunque causa vel casu fortuito impeditur, quòd est contra supra dicta n. 3. Resp. negando consequentiam; quia est ex quacunque causa impedito implere conditionem videtur legi attribuitur libertas, tamen conditio non habeatur pro impleta, cum eandem, eam secuta jam libertate, adhuc adimplere per dictam legem cogatur sibi, in libertatem quidem ipse continuo perveniat, nisi ipse servus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen constituitur, post libertatem hæredi, vel e, cui dare aliquid jussus est, (nisi & ipse oblatas pecunias non susceperit; quòd enim senel repudiatum ab eo est, reintegrari minime concedimus) quatenus hoc, quòd dare jussus est, omnimò lo implere compellatur.

Obijcies 2. Si quis Cajo legat mille ea cum conditione, si siliam ejus ducat, & siliam ante nuptias moriatur, nil debetur Cajo, etsi per eum non steterit, quòd minus conditio fuerit adimpleta. *l. Legatum 4. C. de Condition. insti.* ibi: *Legatum si sit icommissum à patre tuo relictum tibi sub conditione, si filio ejus nupisses; cum mortuo filio, priusquam matrimonium cum ipso contraheretur, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi ex siliam.* Ergo non semper conditio habeatur pro impleta, quando non stat per eum, ad quem pertinet, quò minus impleatur. Resp. hanc legem minime obijci: Regule notræ, tum, quia non loquitur de casu alio, quòd conditionem implere volens impeditur ab eo, cuius interest, conditionem non impleri; de cuiusmodi tamen casibus solummodo intelligenda est Regula per dicta n. 3. Tum, quia casus in lege positus, est unus inter illos, in quibus apponens conditionem absolutè velle præsumitur, ut adimpleatur, eaque ob quamcumque causam non impleta, conditio: ac promissum non valet; in cuiusmodi casibus Regulam locum non habere extra controversiam est.

REGULA LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Regula in duplici sensu intelligi potest.
- 3 Ponitur versus illius sensus.
- 4 Declaratur exemplis Juris. & duob. seq.
- 5 Clerico non licet exercere sensus proprio, vel alieno nomine. Ibid.
- 5 Nec alicui excommunicato stare in iudicio. Reiffenhuvel Jus Can. Tom. VI.

- 6 Nec satisficere literas Apostolicas suo, vel alieno nomine.
- 7 Fallit Regula in casibus, ubi in propria, & aliena persona non est eadem prohibitionis ratio.
- 8 Declaratur hoc exemplis Juris. & duob. seq.

Defumpta videtur hæc Regula ex *l. Non uique. 2. §. 1. ff. de Administrat. rerum ad civitat. pert. ibi: quod quis suo nomine exercere prohibetur.*



id nec per subjectam personam agere debet. & can. Sicut non suo. 10. dist. 46.

Quaeritur I. Quomodo haec Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Hanc Regulam in duplici sensu procedere, & intelligi posse; & quidem primo taliter: quod alicui suo nomine in propria persona facere non licet, nec alieno, id est, nec per alium seu per substitutum eidem licebit. Secundo ita: quod quis suo nomine, seu pro seipso licite facere non potest, id neque alieno nomine id est, nec pro alio poterit. Exempla utriusque sensus passim habentur in Jure: & procedit potissimum de maleficiis, seu delictis, non tantum Jure divino & naturali, sed etiam humano prohibitis; Sic v. g. quia non licet mihi nomine meo, & in propria persona innocentem occidere, vel furtum, aut usuram committere: ita neque alieno nomine, id est, nec per alium pro me nec pro alio committere licebit. Hinc

Resp. II. Verus sensus Regulae sequens est: Quod quis prohibente Jure divino, naturali, aut humano licite facere non potest suo nomine, id nec alieno nomine, id est, nec per alium pro se, nec in propria persona pro alio licite facere poterit. Ratio est, Tum, quia, cum quis regulariter in quovis negotio ad agendum pro se, & ad se aliquo modo pertinentibus facultas admittatur, quam pro aliis, arg. can. Prohibetur. 14. cau. 2. q. 1. consequens est, quod si quis suo nomine quid agere prohibetur, multo magis id alieno nomine agere prohibitus esse censetur. Tum, quia, si quod non licet proprio nomine, liceret alieno, admitteretur aliquid una via, quod alia via prohibetur contra Reg. 84. de R. J. in 6. ibi: Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti.

Declaratur, & firmatur Regula alteris exemplis Juris; & quidem, abstrahendo a prohibitis Jure divino, & naturali, de quibus aliquoties dictum est n. 2. & per se patet, loquendo de prohibitis jure humano: Sicut Clerico non licet nomine suo exercere foenus, sic idem et non licet nomine alieno. cit. can. Sicut non suo. dist. 46. ibi: Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere foenus audent. Indecens est enim crimen suum commodis alienis impendere.

Sic pariter, quia excommunicato non licet proprio nomine agere in judicio, c. Intelleximus. 7. de Judiciis. cum Concord. sic etiam alieno, seu procuratorio nomine agere prohibetur c. Post cessionem. 7. de Probat. ibi: Cum igitur per literas iudicis ordinarii (quibus standum est, donec probetur contrarium) nobis consisterit, quod N. excommunicatus erat, cum procuratoris officium assumpsit; huiusmodi tanquam procuratorem non duximus admittendum.

Sic rursus sicut non licet suo nomine literas Apostolicas falsificare, ita nec alieno licet; Nos enim, ait

Papa c. Ad falsariorum. 7. de Crimine falsi omnes falsarios literarum nostrarum, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, anathematizavit, vineulū decernimus innotatos. Sic etiam uti proprio, ita & alieno nomine alium Praetoris corrumpere illicitum est. l. Si quis. 7. ff. de Jurisdic. Sic plurima alia in Jure habentur exempla; ex quibus

Quaeritur II. An, & quas Fallentias patiat haec Regula? Resp. Eam universaliter fallere tunc, quando ratio prohibitionis in mea persona existens cessat, seu non reperitur in aliena, eique non obstat. Ita DD. communiter; Sic enim, etsi mihi non liceat contrahere matrimonium cum mea consanguinea, c. Non debet. 8. de Consanguin. & affinit. possum tamen cum ea nomine alieno, seu pro alio non consanguineo vel affine ut procurator ipsius contrahere, c. Ex parte. 14. de Restit. Spol. at. & c. fin. de Procurat. in 6. quia ratio prohibitionis, consanguinitas nempe, quae in mea persona est, non reperitur in alia.

Sic etiam, quamvis filiusfamilias sine consensu patris, quantum ad temporalia regulariter loquendo, non possit agere in judicio c. 3. de Judiciis. in 6. tamen nomine alieno, seu pro alio agere potest, c. Qui generaliter. 5. de Procurat. in 6. ibi: Ne dum verò ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filiusfamilias absque patris assensu fieri procurator, quia ratio prohibitionis, ne filiusfamilias juvenili suā imprudentiā sibi, vel patri circa temporalia noceat, cessat in alieno negotio, in quo ut procurator nec sibi, nec patri praesudicat; cum iudex non contra procuratorem, sed contra principalem profert sententiam, & hic sibi imputare debeat, quod sciens talem constituit procuratorem. Dynus hic n. 2.

Sic ulterius, quamvis per fundum alienum, in quo jus servitutis non habeo, nomine meo ires, vel iumentum agere non valeo: tamen id mihi licebit facere nomine alieno jus servitutis in praefato fundo habentis. l. Si stipulatus. 111. ff. de Verb. Oblig. quia ratio, quae me prohibet, alium non prohibet, qui jus servitutis in fundo habet, quo jure per se, vel per alium uti potest juxta Regulam statim sequentem: Potest quis par alium, quod potest facere per seipsum.

Sic rursus, etsi Episcopo non liceat suo nomine alienos diocesanos ordinare: tamen id ei licet ex commissione, & nomine Papae, vel ordinarii loci. c. 1. de Tempor. Ordinari. in 6. quia ratio prohibitionis, carentia nempe jurisdictionis in alienos subditos, cessat in Ordinario loci, cujus nomine & commissione Episcopus alienus ordinat. Sic pariter, licet munere & potestate carens, judicare aliquem nomine suo non valeat, nomine tamen alieno, causam & jurisdictionem delegante de causa sibi commissa cognoscere, judicare, & sententiarum potest, integro Tit. ff. de Officio & potest. Judicis delegati.

REGULA LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

SUMMARIUM

- 1 Regula unde?
2 Quomodo intelligenda?
3 Ponitur verus sensus illius.
4 Alius, per quem quis agit, debet ad id esse debite qualificatus.
5 Declaratur Regula exemplis.
6 Sum plura, quae per alios fieri debent. Nobiles non per se, sed per procuratores litigare debent. Ibid.

- 7 Idem est de Episcopis & Sacerdotibus.
8 Fallit Regula 1. quando adest industria personae.
9 Fallit 2. in iis, quae natura sua, vel dispositione Juris per alios fieri nequeunt. & n. seq.
10 Ut in specie sunt Testamenta, nisi ad pias causas fiant.
11 3. Quando nudum ministerium sine jurisdictione committitur.
12 4. Quando aliter inter partes conventum est.

Hæc

Hæc Regula juxta Glossam hic desumitur ex l. Quod jussu. 180. ff. de Reg. Jur. ibi: Quod jussu alterius subvitur, pro eo est, quasi ipsi solum esset. & l. 1. §. 12. ff. de Vi & vi armata, quibus assignis etiam est Reg. 72. de R. J. in 6. qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

Quaeritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. I. Regulam id velle dicere; quod, cum in commercio humano plurimæ sint causæ, actus, & negotia, quæ quis ipse in persona agere, aut tractare, vel impedire non potest, vel ex quacunque causa non vult, possit alterius, ad rem idonei, ac debite qualificati operâ & auxilio uti, & per eam tam in, quam extra judicium facere, quod ipsemet licitè, ac legitime facere potest, hic & nunc autem ex causa sibi nota facere non vult, vel impeditus non potest. Quæ Regula potissimum delegatos, substitutos, procuratores, ministros, & officiales concernit, per quos causas & negotia sua principales agunt, ac tractant. Hinc

Resp. II. Verus Regulae sensus hic est: Qui aliquid, v. g. contractum alium, negotium, causam &c. per seipsum validè & licitè facere, vel tractare potest, valet id ipsam etiam per alium ad hoc idoneum, & debite qualificatum validè & licitè facere. Ratio Regulae est; quia, cum juxta jam dicta hominum negotia plurima, & varia sint, quæ quantumvis ad se spectantia quis per seipsum peragere saepe non potest, utpote vel aliis magis urgentibus, vel infirmitate, vel necessitate absentia, aut alia ratione impeditus: vel quia ex causa sibi nota peragere non vult: vel quia actus, labor, aut negotium per seipsum agere ejus personæ non congruit maximum non raro quis pateretur in rebus suis dammum & praesudicium, si per alium facere non posset, quod ipse quidem, absolute loquendo, per seipsum agere valeret, hic & nunc tamen impeditus vel non potest, vel ex causa non vult peragere. Ob quam etiam rationem procuratorum, & similium hominum, aliena negotia agentium, usus ab ipso Jure omnino necessarius agnoscitur l. 1. §. 2. ff. de Procurat. ibi: Usus autem Procuratoris perquam necessarius est, ut rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios possunt vel agere, vel conveniri. Quod ipsum etiam utilissimum, & maxime commodum ideo merito reputatur, quia juxta dispositionem Juris quod quis facit per alium, perinde est, ac si faciat per seipsum. cit. Reg. 72. de R. J. in 6.

Dicitur autem notanter: per alium ad hoc idoneum &c. Id est, necessaria ad id scientia, potestate, ordine, aliisque requisita qualitate præditum; enim verò ubi hoc non est, utique Regula non procedit, arg. can. fin. cau. 5. q. 3. Hinc licet Episcopus uti per se, ita & per alium Episcopum ordinare suos subditos possit, non tamen id potest per simplicem Sacerdotem; cum hic ad id non sit idoneus; utpote carens potestate ordinandi.

Exempla Juris Regularum declarantia, & confirmantia ferè innumera existunt, ac cuius vel obiter consideranti facile patent; nam ut statim ad hominem exemplificat Dynus hic n. 1. Scitum possum per me ipsum emere, vendere, locare, litigare, dare elemosinam, acceptare beneficium: ita idem possum facere per alium. arg. cit. l. 1. §. Usus, 2. ff. de Procurator. & l. Sed si unus. 17. §. 19. & 20. ff. de Injur. & famul. libell. cum Concord.

Quin immo sunt plura, quæ licet per seipsum certæ personæ ob dignitatis statum, defectum virtutum, scientiæ, ætatis, vel ob delictum, aut aliam inhabilitatem facere non possint, per alios tamen ea facere valent & debent. Sic personæ nobiles, ac illustres non per seipsum, sed per procuratores in judicio litigare debent. l. Quicumque. 25. pr. C. de Procurat. ibi:

Qui unquæ prætoriana, vel urbana professura sublimè fastigium, vel magistratum militare, vel Consistoriana commivæ insignia meruere dignitatis, vel procuratoris jus dixerit, aut Vicarii fuerit administratione sustulit, si quod ab eo infertur iurgium, vel restituitur, procuratoris personam in negotiis sui jura substituat. Sic etiam pupilli, mente capti, & alii hujusmodi ex natura inhabiles, non per seipsum, sed per alios in judicio litigant. arg. c. Pastoralis. 14. in fin. de Judiciis. ubi indiscretæ, id est, carentes debita discretionè appellantur ejusmodi personæ. Sic etiam, et si propter delictum excommunicatus per se in judicio stare non possit, conventus tamen potest, & debet per aliam respondere, c. In elleximus. 7. de Judiciis. ibi: Quia postulasti à nobis, utrum excommunicatus in judicio stare possit; respondemus, quod conveniri potest, & debet per alium respondere in judicio, ne videatur de sua malitia commodum reportare.

Sic Episcopi, & alii Sacerdotes non per seipsum, sed per advocatum, vel procuratorem litigare in judicio debent. can. fin. cau. 5. q. 3. ibi: quia Episcopus unversique Sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituuntur. debet unusquisque eorum tam pro Ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum non male famo suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum. Sic idem Episcopi, Prælati & Clerici habentes altam jurisdictionem de causa sanguinis non per se, sed per alios cognoscere, ac judicare possunt & debent c. fin. de Clericis, vel Monachis. in 6. ibi: Nam licet Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen (cum jurisdictionem obtinent temporalem) debent & possunt, metu irregularitatis cessante, alius delegare.

Quaeritur II. An, & quas fallentias habeat Regula præsens? Resp. Eam fallere in pluribus veluti 1. quando ad negotium aliquod, vel causam expediendam specialiter electa est industria & fides certæ personæ; hæc enim non nisi per seipsum, minime verò per aliam negotium expedire potest. c. fin. §. Is autem de Offic. Jud. deleg. ibi: praterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesie de Prælati, vel aliis ministris provideri mandaverimus: cum in his omnibus casibus industria, & fides personæ, cui talia committimus, eligere videamur. Concordat c. Is cui. 12. eod. in 6. & l. un. §. 9. C. de Caducis tollend.

Fallit 2. in iis, quæ ex ipsa natura, & institutione sua, vel speciali Juris dispositione factum propriæ personæ requirunt, uti sunt residentia Episcoporum, Parochorum, & Canonicorum, c. Quia nonnulli. 3. de Cleric. resident. ibi: Cum igitur Ecclesia, vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quaeratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere juxta Concil. Trident. Sess. 23. cap. 1. de Reform. & Sess. 24. cap. 12. eod. ubi specialiter de necessaria residentia personali item & de officio divino recitandæ, ac de poenitentia peragenda; hæc enim ex natura sua non per alium, sed per seipsum poenitens exequi debet, & corporali presentia sui peccata confitenda. can. Quem poenitet. 88. dist. 1. de Poenit. Idem dic de susceptione aliorum Sacramentorum, excepto Matrimonio, utpote quod per alium contrahi potest. c. fin. de Procurat.

Idem ex natura & institutione sua, Jurisque dispositione requirit confessio Testamenti, & hæredis institutio, utpote quam testator per seipsum facere debet, & alterius arbitrio, seu dispositioni committere non valet. l. Illa institutio. 32. ff. de Hæred. insti. ibi: illa institutio ideo vitiosa est, quia alieno arbitrio permissa est: nam satis constanter veteres



deceverunt, testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere. Nec objicias. *Cum tibi. 1. 3. de Testam.* cuius textus videtur contrarius textui primū citato; ibi: *In secunda questione dicimus, quod, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus.* Resp. enim cum Gloss. in *cit. Cum tibi. 3. dispositionem.* quod etsi de benignitate canonica videatur non decedere intestatus, qui ultimam voluntatem alterius dispositioni committit, tamen revera testatoris non decedat; cum prorsus nullum sit testamentum, ubi heres per scripturam, vel vocem ipsius testatoris non est expressus, textu claro *l. Judicemus. 29. C. de Testam.* ibi: *Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis, vel heredum non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce eorum testibus nuncupatum, hoc testamentum stare minime patitur.* cum Concord. Vel dic cum Innocent. Panormit. Viviano in *cit. cap.* & pluribus aliis, textum loqui de Testamentis ad pias causas: cuiusmodi testamentum quis alterius dispositioni committit, & dicere potest: committo tibi, ut post mortem omnia mea bona pauperibus, Ecclesiis, Monasteriis, vel aliis piis causis pro tuo arbitrio distribuas. Quod etiam Summarium Capituli habet illis verbis: *Tent Testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas secundum intellectum notabilem.* Ratio illorum est, quia testamentum ad pias causas etiam aliis solemnitatibus civilibus carens valet; dummodo con-

tet de voluntate testatoris. *c. fin. de Success. ab intest. cum Concord.* Et inherendo huic sententiae, quae omnino probabilis est, tamen manet fallentia Regulae in Testamentis ad causas profanas: quam fallentiam Jura quoque specialiter de adoptione, & arrogatione statuere *l. Post mortem. 25. §. 1. ff. de Adopt.* ibi: *neque adoptare, neque arrogare quis abiens, neque per alium huiusmodi solemnitate peragere potest.*

Fallit 3. Quando alicui nadium ministerium, seu executio sine jurisdictione specialiter committitur, v. g. injunctio poenitentiae, dispensatio in irregularitate, excommunicatio, vel absolutio ab eadem, praedicatio crucis &c. haec siquidem delegatus (excepto Sedis Apostolicae Legato) per alium praestare nequit, textu claro *c. fin. §. Ceterum de Offic. deleg. ibi: Ceterum (salva Legatorum Sedis Apostolicae auctoritate) nulli, cui commissum fuerit praedicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel injungere poenitentias, liceat haec de cetero aliis demandare; quia non sibi jurisdictione, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.*

Fallit 4. Quando inter partes specialiter convenit, ut non per alium, sed per seipsum res fiat: uti & in casibus, ubi ex speciali loci consuetudine, aut statuto, vel testatoris voluntate, exclusus alienus, personale ministerium specialiter requiritur *Tusch. l. f. Concl. 7. Fachinae. Lib. 1. Controv. cap. 24. Strein. & Canis. hic n. fin.*

### REGULA LXIX.

In malis promissis fidem non expedit observari.

#### SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Mala promissa in duplici sensu accipiuntur.
- 3 In quo Regula loquatur, est controversia.
- 4 Verisimilitudo de utroque sensu loquitur.
- 5 Satis fundamentis contrariis.
- 6 Ponitur versus sensus Regulae.
- 7 Promissa, fraude, vel dolo, aut metu injuste excusso extorta, nec obligant, nec ea servare expedit.
- 8 Nisi juramentum fuerint firmata.
- 9 Datum meretrici ob concessum usum corporis repeti non potest.
- 10 Num autem propterea promissum servari debeat in foro conscientiae, controversia est inter Doctores, aliis affirmantibus, aliis negantibus. Ponuntur fundamenta negantium.
- 11 Pacla & promissa de re turpi nullius sunt momenti. Ibid.
- 12 Solvuntur fundamenta affirmantium.
- 13 Negantium opinio praecipue in Regibus & Principibus, excussive magna promittentibus, procedere videtur.
- 14 Eadem negantium sententia omnino etiam probabilis: immo quoad Reges & Principes, excussiva promittentes, probabilior, & quasi moraliter certa.

**H**aec Regula censetur ex parte desumpta ex *can. In malis, 5. cau. 22. q. 4.* ibi: *In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod incaute vovisti, ne facias. Impia enim est promissio, quae scelere adimpletur.* Et *l. Filius. 15. ff. de Condit. instit. ibi: Quae facta laedunt pietatem, excusationem verecundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt, nec facere nos possunt: credendum est. cui concordat Regu-*

*la 58. de R. J. in 6. Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum.*

Quaeritur, Quomodo haec Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Ante responsum Notandum cum Glossa *hi.* Dyno, Viviano, & aliis: verba Regulae, *In malis promissis*, dupliciter posse intelligi, uno videlicet modo, ut significant rem malam, turpem, peccaminosam, quae promittitur, v. g. homicidium, furtum, adulterium, simoniam &c. quae si quis promittit, utique nec expedit, nec licet fidem servare. Altero modo, prout indicant male promissa, seu male concepta, malitia se habente non ex parte promittentis, nec ex parte rei promissae, sed promissarii duntaxat, qualia censetur illa promissa, quae ex dolo, metu injuste inculso, a promittente extorquentur, vel alias contra Juris praescriptum obtinentur.

De quo autem modo Regula loquatur, & intelligenda sit, plenè non conveniunt Doctores; Strein enim cum Barbosa *hic*, & aliis vult, eam intelligi debere de malis promissis in secundo sensu acceptis: Tum, quia si in primo sensu intelligeretur, non differret a Regula 58. sed in ea jam continetur, siquae superflua videretur; quod de Papa Regulae condente praesumendum non est; hoc ipso enim, quod promissum malum in primo sensu, seu de re mala, turpi, peccaminosa factum, etiam juramentò firmatum observandum non sit, necessario sequitur, multò minus observandum esse nudum, seu simplex promissum sine juramento de huiusmodi re mala factum. Tum quia, cum Papa in hac Regula utatur terminò non expedit servare fidem, & non dicat, non licet servare fidem, seu non potest servari fides: non videtur Regula intelligenda de malis promissis in primo sensu, utpote quae servare non tantum non expedit, sed prohibetur, ac illicitum, siquae in sensu Juris etiam impossibile est; sed de malis, seu potius male promissis in secundo

secundo sensu, utpote quibus propriè competit terminus non expedit: cum etsi ex parte promittentis licet servari valeant, ea tamen servare non expedit juxta dicenda infra Ita in re praefati Doctores, nec absque fundamento. Alii e contra cum Taccino *hic* docent, praemisra verba, *In malis promissis* intelligenda duntaxat esse in primo sensu. Sed

4 Resp. I. Regulam intelligendam esse de malis promissis in utroque sensu acceptis. Sic sentire satis clarè apparet Glossa, Dynus Vivianus, quos immeritò pro se allegant alii; hoc ipso enim, quod pro declaranda Regula adducant exempla Juris de malis promissis in utroque sensu sumptis, in utroque sensu Regulam intelligi volunt. Dynus siquidem *hic. n. 1.* cum Glossa sic exemplificat: *Si promitto tibi occidere hominem, committere furtum, simoniam, vel quid aliud turpe, non expedit servari fidem.* Ecce Exemplum de malis promissis in primo sensu. Dein ulterius dicit: *Si interveniente dolo, vel metu sit promissum, seu male promittitur, tunc licet promissum teneat de Juris rigore, non expedit tamen fidem servare; quia promissori datur exceptio. l. Si quis cum aliter. 36. ff. de Verb. Oblig.* En exemplum de malis promissis, in secundo sensu.

5 Nec obstat responsioni ratio à Barbosa, & Strein. allata quasi Regula de malis promissis, in primo sensu acceptis, videatur superflua utpote jam contenta in Regula LVIII. Nam contra est quod praefata Regula plus dicat, quam LVIII. haec etenim, spectando verba illius, solum dicit, *Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum, vel promissum: praefens verò Regula non solum vult & dicit, Non esse obligatorium, sed nec expedit: qui terminus in duplici sensu sumi potest, ita, ut idem significet, ac, non est consilium: vel non est licitum: siquae loquendo de promissa re turpi, id non expedit, idem sit ac, non licet servare promissum contra bonos mores, id est, de turpi, vel peccaminosa re factam, *cit. can. In malis, 5. cau. 22. q. 2. ibi: Impia est promissio, quae scelere adimpletur.* Nam, ut bene advertit hic Peck. Regula per verbum, non expedit, idem vult dicere, ac non licet servare fidem in promissis contra bonos mores, seu de re mala & peccaminosa factis. Per quod patet etiam ad alteram rationem ex verbis non expedit, desumptam. Hinc*

6 Resp. II. Verus sensus Regulae hic est: *In promissis malis, quae contra bonos mores, aut de re mala, seu peccaminosa fiunt, non tantum nulla est obligatio servandi fidem, sed nec licet servare fidem: In illis verò malis, seu male promissis, quae ex parte promissoris non contra bonos mores, ex parte promissarii tamen male, dolo v. g. metu injuste excusso extorta, vel malitiosè obta sunt, quantumvis fidem servare liceat, & valeat, tamen non expedit, nec conducit eam observare.* Ratio Regulae quoad primam partem de promissis contra bonos mores, quod non obligent, patet ex dictis ad *cit. Regulam 58. n. 2.* Et quod etiam non liceant, constat ex *cit. can. In malis promissis. 5. cau. 22. q. 2. Impia est promissio, quae scelere adimpletur.*

7 Quoad secundam verò Regulae partem de aliis malis seu male promissis quod, etsi in his fidem servare liceat, & valeat, tamen non expedit, nec conducit, Ratio est, quia etiam in his fidem servare tam promissori, quam promissario, & Reipublicae praedictiofum, consequenter nulli expediens est: Non promissori; quia servans in his fidem, ex aliena fraude & malitia, rerum suarum promissarium iacturam, seu praedictiofum patitur. Non promissario; quia accipiendum, & retinendum promissa, dolo malo, vel injusto metu extorta, laedit conscientiam, agitur contra Regulam, quod Fraus & dolus nulli patrocinari debet. Non Reipublicae; quia hujus interest, ne frau-

des & malitiae hominum foveantur, neve ex fraude, dolo, injuria, & malitia innocens praedictiofum, & damnus, iniquus verò lucrum reportet contra primam citatas Regulas. Hinc licet huiusmodi ex dolo, vel alia malitia, facta mala promissa de rigore, & subtilitate Juris valeant, & in tantum obligent, ut contra promittentem detur actio: tamen contra eandem actionem promittenti competit exceptio, haeque non ille in iudicio causam locatur. *§. 1. Instit. de Except. ibi: Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus stipulanti Titio promissisti, quod non debueras promittere, palam est, jure civili te obligatum esse, & actio, quae intenditur, dare te oportere, efficax est; sed iniuriam est, te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod a metus causa, aut doli mali, aut in factum compulsus a impugnantem actionem.* Et *l. Si quis cum aliter. 36. ff. de Verb. Oblig. ibi: Si quis cum aliter eum convenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est, erit quidem Substitutus Juris obstrictus, sed doli exceptione uti potest; quia enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio.* Concordat *l. Dolo. 5. C. de Inutil. Stipul.* Hinc quia mali promissarii actio in Jure nil obtinet, cum per exceptionem elidatur, suadet Regula, ne in his promissis fides servetur, sed contra promissarium agentem excipiatur; quia in malis promissis fidem non expedit observari, per dicta.

Illud tamen notandum, quod si huiusmodi in secundo sensu acceptis malis, vel male promissis, quae contra bonos mores non sunt, consequenter observari valent, adiciatur juramentum, etiam in conscientia observari debeat, per dicta ad Regulam 58. n. 4. & *segg.*

Obijcies contra Regulam. Quod meretrici promittitur, si praebet usum corporis, post concessum usum servari debet. *l. Idem. 4. §. 3. ff. de Condit. ob turpem caus. & l. 2. C. eod.* Ergo etiam in malis promissis fides servanda est. Resp. Nec praefatas leges, nec aliam dicere, ut, quod meretrici ob corporis usum fuit promissum, servari, & dari debeat; sed si jam datum fuit, repeti non amplius possit: *Quod meretrici datur, repeti non potest, sunt verba cit. l. Idem.* quod pariter dicitur *cit. l. 2. C. eod.* ubi etiam additur ratio, videlicet; quia in pari causa, & delicto melior est conditio possidentis, prout magis dicitur fuit ad *Reg. 66.* Nullibi autem habetur, ut, si res promissa data non est, dari debeat: immò contrarium statui videtur in Jure, eò quod lex meretrici denegat actionem ad obtinendum id, quod ob illicitum usum corporis est fuit promissum. *l. Mercalem. 5. C. eod.* ubi absolutè statuitur, ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamvis enim, pergit ibidem textus, utriusque turpitudinis versetur, ac solute quantitas cesset repetitio, tamen ex ejusmodi stipulatione contra bonos mores interposita (erat ea Lenonis cum adultero de danda mercede pro concessa uxore ad usum illicitum) denegandas esse actiones, Juris auctoritate demonstratur.

Quid autem de Jure naturali, & in foro conscientiae, post conditionem turpem jam impletam, puta, post corporis usum actu jam concessum, sentiendum, non conveniunt Doctores; aliqui, quos & nos secuti sumus *Lib. IV. Tit. 4. d. n. 58.* volunt, post actu jam concessum illicitum usum corporis teneri promittentem dare, quod promissum: alii verò, siquae non pauci contrarium docent cum Sanchez de *Matrim. Lib. 5. disp. 17.* dicunt varie probare conantur tam ex Jure, quam ratione: ex Jure quidem; Nam *l. Generaliter. 26. ff. de Verb. Oblig.* habetur: *Gener aliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti.* Idem habetur *l. Pacla. 6. C.*



de peccatis. ibi: Peccata, qua contra bonos mores sunt, nullam vim habent, in iudicium Juris est. Ergo, infertur, si nullius momenti, nullius valoris sunt, nullamque vim habent, etiam in conscientia non obligant; praesertim cum huiusmodi peccata turpia, & contra bonos mores esse, nemo neget, prout etiam ut talia in Jure expressè nominantur cit. l. Mercetem. Ex ratione autem: tacendo enim alias dicunt, ex doctrina contraria plurima se sui peccata, eamque esse scandalosam, & ad peccata inducentem; si enim meretrices sciunt, eum, qui ob usum corporis aliquid promittit, teneri post concessionem ejusdem in conscientia, ut id praestet, alliciuntur, & inducuntur ad peccatum, quod tam facile non committerent, si scirent, promittentem non teneri stare promisso; idem dicendum si quis alicui promittit, ut innocentem iniuste occidat.

11 Solvunt etiam fundamenta adversariorum: & quidem illud, quod dicitur, promissum meretrici factum post usum corporis obligare ex jure naturali praesertim cum absque dantis & recipientis peccato servari possit; negant enim absolute, ex promisso, quoad

utramque partem turpi & peccaminoso, oriri obligationem ex Jure naturali. Nec refert, si dicatur, quod dare non sit peccatum; Nam admissio etiam, quod non foret peccatum, dare, tamen neque foret obligatorium; cum huiusmodi promissum dandi, ex quo obligatio oriri deberet à Jure absolute annullatur, sique obligare non possit. Dein etiam neque suppositum, volentes, promissum meretrici factum non tantum non esse obligatorium, sed etiam illicitum esse, illud servare, juxta Regulam nostram: In malis promissis fides non expedit, id est, non licet servare, quia sunt scandalosa & inducunt ad peccatum. Ex quibus, & aliis rationibus merito arbitramur, hanc Declarationem omnino etiam probabilem, & in foro conscientiae tutam esse. Proficiscens consuetudo, quae aliam maximam, & quidem etiam legis vim habet, si est nutritiva peccati, vel Republicae praedictiosa, tanquam irritabilis à Jure rejicitur, invalidaque & illicita declaratur, prout dictum & probatum habetur Lib. I. Tit. 4. §. 2. Ergo multo magis nudum promissum ad peccata efficaciter inducens, & Republicae praedictiosum existens.

REGULA LXX.

In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

SUMMARIUM.

- 1 Regula, quae duas habet partes, in eodem? In alternativis sufficit unum, in copulativis necesse est utrumque ver fieri. Ibid.
- 2 Alternativa, & disjunctiva idem sunt.
- 3 Suntque varia: Alia Personarum.
- 4 Alia Rerum: alia locorum.
- 5 Alia Temporum.
- 6 Alia Remediorum: & alia panarum.
- 7 Positur versus sensus Regulae.
- 8 Probat quoad primam partem. Ibid.
- 9 Probat quoad secundam partem.
- 10 Declaratur exemplis.
- 11 Potestis, seu Libertas eligendi transit etiam ad heredes.
- 12 Nec cessat, est unum ex alternativis peccat.
- 13 Si debitor ex errore utrumque solvit, repetere potest, quod lubet.
- 14 Fallit Regula quoad primam partem, Primò in alternativis remediorum.
- 15 Secundò in alternativis panarum.
- 16 Tertio in Gratuitis & beneficiis à Principe concessis.
- 17 Quarto in alternativis locorum.
- 18 Quintò in legatis, quando testator ad legatarium verba dirigit.
- 19 Ordinariè penes heredem est, quid ex alternativis legatis praestare velit. Ibid.
- 20 In dubio, ad quem verba sint directa, electio legatarii est.
- 21 Quoad alteram partem, quid sufficiat unum praestare, Fallit Regula Primò in alternativis certarum personarum: Et quarum?
- 22 Secundò, quando adhibetur particula seu: haec plerumque pro conjunctiva sumitur.
- 23 Tertio in alternativis inter genus & speciem.
- 24 Et quarò fallit quoad utramque partem, quando aliunde de mente disponentis aliter constat.

1 Praenotandum cum Dyno, & aliis post ipsum, hanc Regulam duas habere partes: Prima est, quòd in alternativis sit debitoris electio: Secunda, quòd in alternativis sufficiat unum impleri. Prima pars desumitur ex l. Plerumque. 10. in fine. ff. de

Jure Dotis. ibi: Nam & cum illa, aut illa res promittitur, rei electio est, utrum praestet. Et l. Si ita 25. ff. de Contrah. empti. ibi: Si ita distrahatur, illa, aut illa res, utram eligit venditor. haec est empti. ac l. Si in emptione 34 §. 6. ff. eod. ibi: Si emptio ita perfecta fuerit; est mihi emptus Sychus, vel Pamphylus, in potestate ejus venditoris, quem velit dare, sive in stipulationibus. Altera pars desumitur ex l. In eo 110 §. 3. ff. de Reg. Jur. ibi: ubi verba conjuncta non sunt, sufficit, alterarum esse factum & l. Si heredi. 5. ff. de Condi. inst. ibi: Si heredi plures conditione conjunctim dare sint, omnibus parendum est, quia unus lubet habet: si disjunctim, cuilibet. & l. Si quis ita. 129. ff. de Verb. Oblig. ubi Summatum sic habet: Ad veritatem copulativam requiritur, utrumque esse factum: ad veritatem disjunctivam sufficit alterorum tantum.

Quaeritur 1 Quomodo haec Regula (quae summe practica est) sit intelligenda? Et quis verus illius sensus? Ante responsum Notandum 1. cum DD. verbum Alternativa: idem esse, & significare, ac disjunctiva: suntque illa, quae cum disjunctioe, interposita dictione, vel, aut, aliàve huiusmodi significationem inveniuntur. Alternativa, seu disjunctiva opponitur Copulativis, quae interposita dictione &, ac, atque, aut simili idem significantem exprimuntur.

Notandum 2. cum Barbosa hic (qui hanc Regulam fuscè & exactè pertractat) Strein, & aliis: Alternativorum, seu disjunctivorum varia possunt verò quatuor esse genera, vel species, ad quas referuntur reliquae. Prima species est personarum; dum nempe plures personae disjunctivè proponuntur, ut fit cit. l. Si in emptione. ibi: Est mihi emptus Sychus, vel Pamphylus. & l. Cum quidam. 4. C. de Verb. & Res. Signif.

Secunda species, seu genus est Rerum, quando nempe in contractu ultima, vel alia dispositione plures res sub disjunctiva dictione vel, aut, adducuntur, uti apparet ex cit. l. Plerumque. ibi: Nam & cum illa, vel illa res promittitur. Tertia species est Locorum, dum videlicet diversa loca disjunctivè proponuntur, v. g. Romae, vel. Viennae, prout fit l. 2. ff. de Eo, quod certo loco.

Quarta species est Temporum, dum scilicet diversa

diversa tempora sub disjunctioe exprimuntur, uti reperitur est l. Si ita stipulatus. 109. ff. de Verb. oblig. ibi: post annum aut biennium dab.

6 Praetatis principalibus speciebus annumerantur adhuc aliae, veluti alternativa, seu disjunctiva Remediorum, quae alicui nomine ejusdem rei in iudicio competant, uti videre est l. Rescriptum. 10. §. 1. ff. de Pactis. Item alternativa Summarum, seu quaminatum; de quibus exemplum habetur l. Si ita relictum. 43. §. fin. ff. de Legat. II. & alternativa Panarum, quando plures poenae eidem delicto disjunctivè imponuntur à Jure, uti de servis fugitivis legendum l. Si fugitivi. 3. C. de Servis fugiti. ibi: Si fugitivi servi deprehendantur ad barbaras transientes, aut pede amputato debilitentur, aut metallo dententur, aut qualibet alià poenà afficiantur. His notatis

7 Resp. ad quaestionem n. 2. positam; Regula intelligenda est juxta sequentem sententiam, qui proprius illius est: Quando in contractibus, ultimis voluntatibus, vel aliis dispositionibus plura alternativè, seu disjunctivè adimplenda, aut praestanda continentur, regulariter in libero arbitrio debitoris, seu illius est, qui adimplere, & praestare debet, quid ex illis praestare velit: Et sufficit, si unum ex illis faciat, aut praestet. Prima pars patet ex cit. l. Plerumque. l. Si ita. 25. & l. In Emptione. quarum textus adduximus. n. 1. Ratio Regulae est; quia alternativa dispositio ex mente disponentis in favorem debitoris est, ut, qui in uno, in eo videlicet, quod solvere, facere, adimplere, aut praestare debet, gravatur, in alio sublevetur, in eo nempe, quòd saltem ex alternativè praestandis, minus gravans, si velit, aut quod lubet, eligere valeat; juxta Reg. Semp. 9. ff. de R. J. Semp. in observis, quod minimum est, (seu quod minus gravat) sequimur. Vivianus hic.

8 Altera pars probatur ex textibus Juris pro eadem n. 1. allegatis, junctà l. Si quis ita. 129. §. At si sic. ff. de Verb. Oblig. cum Concord. Et Ratio est; quia, si ex alternativis unum praestatur, sufficenter verificatur propositio, & satisfactio disponentis arg. cit. l. Si quis ita. junctà l. Cum pupillus. 78. §. 1. ff. de Condi. & demonstrat, cum Concord. differtque in hoc disjunctiva à copulativa propositione, eo quòd haec ad sui verificationem requirit praestationem utriusque, vel plurium copulativè contentorum §. Si plures. 11. Insti. ibi: Si plures conditiones institutionibus adscripserint: si quidem conjunctim, utputa si illud & illud factum fuerit, omnibus parendum est; si separatim, veluti, si illud, aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare satis est.

9 Exempla plurima & obvia ad hominem sunt, quorum aliqua afferit Strein. hic n. 1. Sic enim 1. si quis promittit alicui dare pecuniam, vel frumentum in promittentis, tanquam debitoris arbitrio est, utrum pecuniam vel frumentum dare velit, & satisfaciendo dando unum ex his pro libitu. 2. Si quis promittit alteri unum ex tribus filiabus in matrimonium dare, hic contentus esse debet, quacumque deim promittens dederit. 3. Si pernoctum tecum pro tua domo duos ex meis agris, penes me erit, quos agros tibi dare velim. 4. Si testator pecuniam, vel praedium alicui legat, liberum erit eidem tanquam debitori, utrum ex his dare velit. 5. Si pro centum florenis unum ex equis meis promitto, penes me erit, quem dare velim, & satisfacio unum dando pro meo libitu. Et sic de aliis per Jura & rationes.

10 Porro libertas dandi, solvendi, vel praestandi inter alternativè, seu disjunctivè debita in debitore se eo usque extendit, ut, si ante mortem, quid praestaret, necdum elegerit, libertas & electio transeat etiam ad heredem, hujusque in arbitrio sit, quid ex disjunctivè debitis à defuncto relictis dare vel praestare velit. l. Si stipulatus fuerim. 76. ff. de Verb. Oblig. Ratio est; quia huiusmodi electio est accessoria ad obligationem dandi, aut praestandi: consequenter cum ipsa obligatio ad heredem transeat, etiam accessoria eligendi libertas, indeque proveniens praestandi commoditas ad eundem transire debet. Barbosa. hic n. 5. Strein. hic. n. 2.

stare velit. l. Si stipulatus fuerim. 76. ff. de Verb. Oblig. Ratio est; quia huiusmodi electio est accessoria ad obligationem dandi, aut praestandi: consequenter cum ipsa obligatio ad heredem transeat, etiam accessoria eligendi libertas, indeque proveniens praestandi commoditas ad eundem transire debet. Barbosa. hic n. 5. Strein. hic. n. 2.

Nec cessat haec eligendi facultas, si unum ex alternativè debitis perit, vel destructum fuit; quia nihil minus in potestate debitoris est, vel id praestare, quod adhuc extat, vel affirmationem illius, quod interea perit. l. Cum res. 47. §. 3. ff. de Legat. I.

Libera haec optio & electio dandi, vel praestandi unum ex disjunctivè debitis ulterius se extendit, quòd, si debitor, vel haeres illius ex alternativè debitis per errore praestitit utrumque, in arbitrio ejus maneat, quid ex utroque velit repetere, sicut prius erat in optioe ipsius, quid vellet praestare: & casu expresso l. penult. C. de Condi. indeb.

Quaeritur II. An, & quas fallentias habeat Regula LXX? Resp. Eam fallere in pluribus, ita ut propterea dictum sit in sensu Regulae n. 6. posito: regulariter loquendo: Et quidem quoad primam partem, quòd in disjunctivis debitoris sit electio. Fallit 1. in alternativis, seu disjunctivis remediorum sive actionum judicialium; nam in his electio actori, non debitori competit, quia actione vel experiri, & convenire debitorum velit. Barbosa. hic n. 18. Strein. hic. n. 4. arg. l. Rescriptum. 10. §. 1. ff. de Pactis. & l. Cum filius. 76. §. 8. ff. de Legat. II. cum Concord. Ratio assignatur in l. 2. §. 3. ff. de eo, quod certo loco, quia videlicet, si penes debitorem esset electio actionis, in manu ipsius foret pro libitu, & continuo eludere intentionem actoris. Accedit, quòd alternativa remedium introducta sint pro favore Actorum, consequenter eidem competere debeat electio.

Fallit 2. in alternativis Panarum à Jure pro delictis impostarum; quia circa has electio non ad delinquentem, tanquam debitorem, sed ad iudicem spectat: hujus enim tanquam ministri legis & justitiae est pro qualitate personae & delicti poenam eligere, & imponere. c. & §. fin. Ut lue non constet. Et l. 1. C. de his, qui latrones, ibi: supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personae, & Judicis estimatione, plectetur.

Fallit 3. in Gratuitis, beneficiis, & favoribus à Principe alternativè, seu disjunctivè concessis, vel promissis; in his quidem non Principis, tanquam debitoris, sed recipientis, seu promissarii cuius creditur est electio, juxta communem DD. apud Barbosa. hic. n. 6. arg. l. 2. C. de Castris. & ministr. Ratio est; quia in beneficiis Principum plenissima in favorem recipientis faciendi est interpretatio. c. Cum dilecti. 6. in fine. de Donat. & l. Beneficium. 3. ff. de Consti. Princip. ibi: Beneficium Imperatoris, quod à Divina scilicet ejus indulgentia proficitur, quam plenissime interpretari debemus. Nec refert, utrum beneficium motu proprio, an ad instantiam sit concessum; quia Jura non distinguunt, nisi quòd sola beneficia Ecclesiastica ad instantiam obtenta, utpote ambitionem sapientia, à lata interpretatione excludant. c. Quamvis. 4. pr. & c. Si à pluribus. 24. de Praeb. in 6.

Fallit 4. in alternativis locorum: ut si quis promittit, se Romae vel Viennae soluturum, non penes debitorem, sed penes creditorem eligere est locum, in quo solvatur, tum, quia interest creditoris, ut in loco sibi commodo, & absque sui damno ei solvatur debitum; tum quia aliàs, si penes debitorem esset electio, posset hic semper alium, atque alium locum eligere, sique eludere creditorem. l. 2. §. 3. ff. de



ff. de eo quod certo loco. Hanc tamen fallentiam intel-  
lige, nisi debitor solvendo praveniat antequam credi-  
tor eligat, & in quo loco solutionem sibi fieri pe-  
tat; tunc enim utique in electione debitoris est, ubi  
solvat. arg. cit. l. 2. ff. de eo, quod certo loco. Barbof.  
hic. n. 23. Strein hic. Camil. hic.

17 Fallit 5. in Legatis, quando testator verba ad  
ipsum legatarium, & non ad heredem dirigit;  
quamvis enim alias, & plerumque ad heredem  
tanquam debitorem legati electio spectet, praefer-  
tim si testator ad heredem verba dirigit, l. Si  
ita relicum. 43. in fine. ff. de Legat. 2. ibi: si ita scri-  
ptum sit, decem aut quindecim haeres dato: pro eo  
est, ac si decem sola legata, aut si ita sit: post an-  
num, aut biennium, quam ego decessero, haeres da-  
to: post biennium videtur legatum; quia heredis  
est potestas in eligendo. junctam l. Si quando. 109.  
ff. de Legat. 1. & l. Titio. 21. ff. de Usu, & Usufructu.  
Legat. cum Concord. Tamen, quando testator ad  
ipsum Legatarium verba dirigit, v. g. Titius pro  
suo legato accipiat, vel habeat domum, aut mille  
florenos: vel sic: Titio lego praedium, vel domum:  
legatarii, tanquam creditoris est ex alternativè le-  
gatis eligere: quod liberetur. l. Planè. 34. §. 14. ff. de  
Legat. 1. ibi: si ita Titio legatur: Fundum Seianum,  
aut usufructum sibi habeto; duo esse legata, & arbi-  
trio ejus esse, an velit usufructum vindicare. Item, &  
ad hoc clarius habetur l. Lucio Titio. 23. ff. de Le-  
gat. II. Lucio Titio fundum Seianum, vel usufruc-  
tum fundi Seiani lego, potest legatarius vel fun-  
dum vindicare, vel fructum. cum Concord. Ratio  
utriusque est: quia testator illum, ad quem verba  
dirigit, magis respicere videtur, indeque velle, ut  
ei electio competat. Et ita distinguendo inter lega-  
ta conciliantur Doctores, qui ob diversitatem tex-  
tum in diversas opiniones abeunt, uti post Dynum  
hic plures bene advertunt.

18 Quod si testator verba simpliciter proferat, ita, ut  
non appareat, ad quem verba direxerit, & exinde  
dubium maneat: electio legatario tanquam debitori  
competit. Dynus hic. n. 4. Barb. hic. n. 15. cum com-  
muni aliorum. arg. cit. l. Lucio Titio. ubi Summa-  
rium sic habet: In alternativis in dubio electio est  
legatarii. junctam §. 22. Instit. de Legat. ibi: Si gene-  
raliter servus, vel alia res legatur, electio legatarii  
est: nisi aliud testator dixerit. Et ratio est, quia  
in testamentis plenius voluntates testantium inter-  
prentur, sunt verba l. 12. ff. de Reg. Jur. Barbof. &  
Dyn. loc. cit.

REGULA LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
  - 2 Quomodo intelligenda?
  - 3 Ponitur versus sensus illius.
  - 4 Declaratur exemplis Juris.
  - 5 Fallit primo in spolio.
  - 6 Secundo, in casu electionis jam confirmatae.
  - 7 Tertio in casu Solutionis usurarum juramentò firmatarum.
  - 8 Quarto, in casu depositi: & quomodo?
- 1 Desumpta habetur haec Regula ex l. 1. §. 4. ff. de  
superficiebus. ibi: Cui datus actionem, eadem  
exceptionem competere multò magis quis dixerit.  
Quod idem dicitur l. Inventus. 156. §. 1. ff. de Reg. Jur.  
Cui datus actiones, eadem & exceptionem competere,  
multò magis quis dixerit.

Quoad alteram partem Regulae, quòd sufficiat 19  
unum ex alternativis implere, Fallit Regula 1. In al-  
ternativis Personarum, & quae testamentis, legatis,  
liberariis, & turtorum assignationibus inferuntur,  
ut cum quidam sic, vel institutionem, vel legatum, vel  
fiduciommisum, vel libertatem, vel tutelam scripserit:  
ille, aut ille mihi haeres esto: aut illi vel illi lego, do,  
vel dari volo: vel illum, vel istum liberum, aut tuto-  
rem esse volo, vel jubeo; uti exemplificat ipsa l. Cum  
quidam. 4. C. de Verb. signif. quia in his disjunctiva  
dictio, vel, aut, in copulativam &, ac resolvitur, in-  
deque non sufficit unum, sed requiritur utrumque  
impleri cit. l. Cum quidam. y. Melius. ubi universa-  
liter disponitur, quòd in hujusmodi dispositionibus  
plures disjunctivè nominati, non disjunctivè, sed  
copulativè accipiendi sint, ne aliquis eorum com-  
modò testatoris privetur; ibi: Melius itaque nobis  
visum est, omni hujusmodi verborum explosa, con-  
junctionem aut, pro & accipi, ut videatur copula-  
tivò modò esse prolata: ut & primam personam in-  
ducat, & secundam non repellat. Barbof. hic. n. 30.  
Strein. hic. & alii.

Fallit 2. quando alternativa concipiuntur per dic-  
tionem Sed; quia haec dictio plerumque plus copu-  
landi, quam disjungendi vim habet l. Si quis ita. 30.  
ff. de Auro & Argent. Legat. ibi: Si quis ita lega-  
verit: uxori meae mundum, ornamenta, seu, quae ejus  
causa paravi, do, lego: placet omnia deberi, sicut cum  
ita legatur: Titio vina, quae in urbe habeo, seu in por-  
tu, do, lego, omnia deberi. Hoc enim verbum seu am-  
pliandi legati gratià positum est. Quae fallentia in fa-  
vorabilibus, vel testamentis, legatis, & aliis, quae  
amplam interpretationem recipiunt, potissimum pro-  
cedit juxta Abbatem; cum verò universaliter non  
currat, in reliquis est subiecta materia, & aliis  
circumstantiis num dictio seu copulativè, vel dis-  
junctivè accipienda sit, judicium formandum erit.  
Strein. hic.

Fallit 3. in alternativis inter genus & speciem 21  
quia in his propositio disjunctiva pro copulativa  
sumitur. Strein. hic. n. 32. cum communi aliorum.  
l. Sepe ita. 53. v. Et cum dicimus. ff. de Verb. Signif.  
cum Concord.

Fallit 5. Regula quoad utramque partem, quan-  
do mens disponentis ex subiecta materia, scopo, vel  
fine dispositionis alia esse apparet: vel alias iniqui-  
tas, aut absurdum sequeretur. Barbof. hic. n. 34. arg.  
l. Generaliter. 6. C. de Instit. & Substit. & l. Lucius  
2. ff. de Hered. Instit. cum Concord.

Regula LXXII. Qui facit per alium, &c.

Cum inter. 5. de Except. utpote quae tanquam sui  
defensio in maiore aequitate fundatur l. Qui aequi-  
tate. 12. ff. de Doli mali except. Tum, quia excep-  
tio tendit ad rei retentionem, quae facilius conce-  
ditur, quam acquisitio illius, qualem intendit ac-  
tio. l. Per retentionem. 4. C. de Usur. Tum, quia  
exceptio utens representat personam Rei, actionem  
verò instituens personam Actoris: sed Favore-  
abiliores Rei potius, quam Actores habentur. l. 125.  
ff. de R. J. ergo. Quibus accedit, Jura promp-  
tiora esse ad abolendum, & liberandum, quod quaerit  
excipiens, quam condemnandum, & obligan-  
dum, quod intendit actionem instituens. l. Ari-  
mus. 47. ff. de Oblig. & Action. consequenter, cui  
de Jure competit actio pro aliqua re acquirenda,  
multò magis ei competit exceptio pro illa retinenda.

4 Declaratur, & firmatur Regula, ejusque sensus  
exemplis Juris: Sic enim, uti exemplificat Glossa  
hic, quia ei, qui post legitimam rei praescriptio-  
nem deicitur a possessione, competit actio: multò  
magis ei competit exceptio pro eadem re retinenda,  
dum eam possidet. arg. can. Placuit. 15. can.  
16. q. 3. junctam l. Si quis. 8. C. de Praescript. trigint.  
vel quadrag. annor. Sic pariter, si alicui competit  
actio, & vindicatio contra possessorem, multò  
magis competit exceptio, si rem possidet, contra  
alium actorem, eandem rem vindicare volentem.  
l. 1. §. 4. ff. de Superficiebus. Sic rursus, quia con-  
ductori rei alienae ad longum tempus competit  
actio, & vindicatio utilis in rem contra possessorem  
etiam dominum: sic eidem quoque competit  
exceptio contra eundem dominum. arg. cit. l. 1. §.  
3. ff. eod. Sicut etiam, quia viro contra uxorem adul-  
teram competit actio ad divortium c. Ex litteris. 5.  
de Divortio. sic contra eandem ei competit excep-  
tio pro reditu ad virum actionem instituentem, c.  
4. eod.

5 Queritur II. An, & quas fallentias habeat Re-  
gula LXXI? Resp. Eam fallere in pluribus, vel-  
uti 1. Si quis ut spoliatur possessione, & agendo  
restitutionem petit, non competit spoliatori excep-  
tio dominii, dicendo, se esse rei dominum, & al-

terum in usum possessorem, licet facta restitutione  
possit contra spoliatum agere. c. 1. & c. In litteris. 5.  
de Restit. Spoliar. prout amplius diximus Lib. II. Tit.  
12. de Restit. Spoliar.

Fallit 2. in casu Electionis jam confirmatae, in 6  
quo non datur exceptio contra missionem Praelati  
in possessionem, etsi contra eundem in possessio-  
nem, jam missi detur actio. c. Constitutus. 46. de Ap-  
pellat. & c. Indemnitas. 43. §. Ceterum. de Elect.  
in 6. Idque speciali ratione ob favorem Eccle-  
siae, vel Monasterii, utpote quibus diuturna Prae-  
lati carentia, quam exceptio admissa caufaret,  
est praedjudicialis Ecclesiae, & animabus periculosa.

Fallit 3. in casu Solutionis usurarum, quae sol-  
vere debitor jurjurando promittit, in tali enim ca-  
su, licet post solutionem factam competat actio  
ad obtinendam restitutionem usurarum jam sol-  
utarum, tamen eidem non competit exceptio con-  
tra solutionem praestandam, textu claro c. Debito-  
res. 6. de Jurjurando. Ratio specialis est: quia  
ob virtutem Religionis juramentum, quod sine dis-  
pendio salutis animae, & praedjudicio tertii servari  
potest, semper servari debet. c. Cum contingat. 28.  
de Jurjur. & c. Quamvis. 2. de P. Off. in 6. ubi pa-  
ctum, etiam à Jure Civili reprobatum observari ju-  
berur, si juramento fuit firmatum; cum non vergat  
in aeternae salutis dispendium, nec in alterius detri-  
mentum, ut dicitur ibidem.

Fallit 4. in casu depositi: licet enim depositarius 8  
habeat actionem contra deponentem, si ei debeat  
exceptione tamen uti non potest tunc compensa-  
tionis, si deponens repetat depositum. c. fin. v. Sa-  
nè de Deposito. & l. Si quis. 11. C. Depositi. ibi: Si  
quis vel pecunias, vel res quasdam per depositum  
accepit in usum, eas volenti ei, qui depositum, red-  
dere illico modis omnibus compellatur, nullamque  
compensationem, vel deditorem, vel doli excep-  
tionem opponat, quasi & ipse contra eum, qui depositum  
actiones personales, vel in rem, vel hypotheccariam  
praetendens. Ratio in utroque Jure specialis allegat-  
ur illa: ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad  
perfidiam retrahatur.

REGULA LXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum:

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Differt à Regula: Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum: & quomodo?
- 3 Ponitur Regula sensus.
- 4 Declaratur exemplis: in bonis,
- 5 Et in malis.
- 6 Solvitur obiectio.
- 7 Observe an, & quando delinquit praebendo, vel suadendo medicinam?
- 8 Fallit Regula in iis, in quibus fallit LXVIII.

1 Desumitur Regula ex l. Quod jussu alterius. 180.  
ff. de Reg. Jur. ibi: Quod jussu alterius solvi-  
tur, perinde est, quasi ipsi solutum esset.

2 Queritur I. Quomodo haec Regula intelligen-  
da? Et quis verus ipsius sensus sit? Resp. quan-  
vis ista Regula convenire videatur cum Regula 68.  
Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum:  
tamen ab ea differt, Tum, quia primum dicta Re-  
gula loquitur de potestate faciendi per alium: prae-  
tens verò de vi, & effectu actus per alium jam fa-  
cti. Tum, quia ista haec Regula loquitur generali-  
Reiffenstuel Jus Canon. Tom. VI.

ter, ut etiam comprehendat maleficia, quatenus  
non solum ille, qui bona, sed etiam qui mala & ini-  
qua per alium facit, v. g. hominem occidit, vulne-  
rat &c. perinde est, homicidii reus habetur, ac  
si ipse in persona occidisset. arg. l. Is dammum. 169.  
ff. de R. J. Is dammum dat, qui jubet dare: & pate-  
bit per exempla Juris infra nu. 4. adducenda. Non  
sic Regula 68. utpote quae de licitis loquitur, uti  
patet ex dictis ad eandem. Verbum autem perinde  
non est intelligendum, quasi esset idem utriusque  
actus, sed quia fictione, & interpretatione quoad  
effectum pro eodem habetur. Et concernit haec  
Regula potissimum mandataris, procuratores sub-  
stitutos, delegatos, ministros, officiales, servos,  
utpote per quos sapissime negotia nostra & alia  
facimus, & quod per nos facimus, quoad Juris ef-  
fectum pro eodem habeatur, ac si ipsi faceremus.  
Hinc

Resp. II. Verus Regulae sensus sequens est: Quod 3  
quis per alium sive bene, sive male facit, quoad Juris  
effectum pro eodem habetur, ac si faceret per se ipsum.  
Ratio Regulae est: quia ille, qui mandat, delegat,  
substituit &c. ut quid per alium fiat, est principa-  
lis causa & origo facti secuti: hoc ipsò, quòd factum  
P 2 non